Περιφέρομαι, Circumferor, ut dicitur res aliqua circumferri a quopiam, cum eam circumfert quocumque eat. Interdum vero Circumagor, Huc illuc agor, feror, et quasi per circuitum, modo huc, modo illuc feror. Paul. ad Ephes. 4, 14. Ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας. [Valck. Schol. in N. T. 2, 595.] A Bud. redditur Vagor, Erro, Palor, afferente e Synes. Ἐγὼ δὲ περιηνέχθην ἀπανταχοῦ τῶν πραγμάτων, ὀργῇ καὶ λύπῃ καὶ πᾶσι πάθεσι μεριζόμενος, i. e., ut ipse addit, Vagis et variis cogitationibus evagatus sum, huc illucque animum circumagens. Plut. de Cæsare ad Rubiconem loquens, (Cæs. 32.) Καὶ περιφερόμενος τῷ μεγέθει τῶν τολμωμένων, ἔσχετο δρόμου, quasi Distractus animo in varia consilia, et quoquoversus circumactus ad rei magnitudinem æstimandam. Greg. Naz. Μήπου τὸν λογισμὸν ὀκλάσῃς, αἷμα Θεοῦ καὶ πάθος ἀκούων καὶ θάνατον· μήπου περιενεχθῇς ἀθέως, ὡς Θεοῦ συνήγορος: Nec ubi hallucineris, perperam hæc æstimando, quasi indigna quæ de Deo credantur. H. e. Vide ne mente errabunda abripiare et auferare quo temerariæ cogitationes te abduxerint. Idem Greg. Naz. copulavit etiam περιφέρεσθαι cum πλανᾶσθαι ita scribens, Καὶ τοῖς νοητοῖς προσβάλλοντες μετὰ τῶν αἰσθήσεων, ἢ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεων, ὑφ' ὧν περιφερόμεθα καὶ πλανώμεθα. Illi autem Greg. Naz. loco, in quo περιφέρεσθαι reddit Mente errabunda abripi etc., subjuugit hunc Plutarchi, (ubi tamen non itidem de animo dicitur,) de Cicerone proscripto, (4, 850.) Ἄνω καὶ κάτω περιφερόμενον ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, καὶ περιφεύγοντα τὸν θάνατον, Erratica fuga mortem evadere cupientem et connitentem. "Περιενεγκεῖν, Circumferre: a περιενέγκω s. περιφέρω." [Diod. S. 19. p. 683, 17. Eust. Od. Θ. p. 319, 17. "Περιφέρω, ad Charit. 549=273. ad Herod. 478. De poculis, Bergler. ad Alciphr. 87. 344. Valck. Callim. 257. De vertigine, Mœr. 196. et n. De lustrando, ad Lucian. 1, 466. Περιφερόμενον, Fama, Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 59." Schæf. Mss. Herod. 6, 86. Οὔτε μέμνημαι τὸ πρῆγμα, οὔτε με περιφέρει οὐδὲν εἰδέναι τουτέων, Plut. Curios. 73. Τοῦ πράγματος ἤδη περιφέροντος αὐτὸν τῇ ὑπονοίᾳ, Dio Orat. 33. p. 20. Ὡς αὐτὸν ἡ κιθάρα περιήνεγκε, Nicet. Annal. 18, 3. Περιεφέρετο δόξαις ἀλλοκότοις. Neutraliter, i. q. περίειμι, Thuc. 7, 28. Οὐδεὶς πλείω χρόνον, ἐνόμιζον περιοίσειν αὐτοὺς, Theophr. H. Pl. 9, 14, 1. Καὶ ἐὰν βούληταί τις ἀσθενοῦντος ἀνθρώπου διαπειρᾶσθαι, εἰ βιώσιμος, λούειν κελεύουσι τρεῖς ἡμέρας· κἂν περιενέγκῃ, βιώσιμος. Περιφέρειν et ἐπιφέρειν conf., ad Greg. Cor. 784.]

Περιφορὰ, ἡ, Circumlatio, Circumactio, Circumvectio, ut ἡλίου περιφορὰ quidam e Cic. interpr. Solis circumvectio. Sic Aristoph. (N. 172.) τῆς σελήνης τὰς ὁδοὺς Καὶ τὰς περιφοράς: [περιφοραὶ ἄστρων, Æschin. Dial. Socr. 3, 17.] E Xen. autem affertur ἡ κύκλῳ περιφορὰ pro Circuitu. A Cic. περιφορὰ redditur alicubi Conversio, item Motus, ut videbis in Cic. Lex. Περιφορὰ, sequendo unam ex iis signiff. quæ datæ sunt verbo περιφέρεσθαι, Ferculorum missus, qui conviviis apponuntur, aut singulis convivis, aut quaternis, ut nunc fieri solet, Bud. ["Proprie Circumlatio ciborum, Athen. 120. 275. Xen. K. Π. 2, 2." Schw. Mss.] Περιφορὰ ab Eod. exp. etiam Hallucinatio, et Vita errabunda: quod convenit, inquit, cum signif. verbi περιφέρεσθαι. Greg. Naz. de Theol. 2. Καὶ ὅταν γαλήνην ἔχωμεν ἔνδον ἀπὸ τῆς ἔξω περιφορᾶς, ὥστε μὴ, καθάπερ οἱ λύζοντες, τῷ πνεύματι διακόπτεσθαι, Interim dum tranquillitatem animi habemus ab obturbatione mentis atque erratione, ob multitudinem externarum cogitationum, temporariarumque curarum. Idem in Jul. 1. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα παρῆκα τοῖς βουλομένοις, πλοῦτον, εὐγένειαν, εὔκλειαν, δυναστείαν· ἃ τῆς κάτω περιφορᾶς ἐστὶ καὶ * ὀνειρώδους τέρψεως. Affert præterea ex Eccles. 2, (12.) pro Erroribus mentis, nec non περιφέρεια pro ead. signif. ex ejusd. Eccles. 10, [3. vide Schleusn. Lex. V. T. "Thom. M. 547. Heind. ad Plat. Theæt. 320. ad Xen. Mem. 4, 7, 5. Ammon. 82. Bergler. ad Alciphr. 189. Valck. Diatr. 41. Musgr. Bacch. 1065. Ambitus, Dionys. H. 2, 251. Ferculorum missus, Casaub. ad Athen. 119. De poculis, Bergler. ad Alciphr. 87. Pro περιφέρεια, Casaub. ad Athen. 101." Schæf. Mss. J. Poll. 6, 55. Diog. L. 7, 144. "Περιφορὰ, Periodus. Sic Plut. Pericle 5. ubi cum Perichis tumorem, superbiam, et severitatem in cultu et in dicendo descripsisset, Ionem Poetam affert, qui e contrario laudasset τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς. Hes. περιφορά· ἡ κατὰ κύκλον κίνησις." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * Περιφοράδην, Hippocr. 819. * Περιφοράριος, Gl. Regula, Circumlator: * Περίφορος· Formidolosus.] Περιφορέω, Circumfero, Circumago, [Gl. Aggero: * Περιφόρημα· Ferculum.] A cujus pass. Περιφορουμαι est verbale NOM. Περιφόρητος, Qui circumagi potest, Versatilis. Et quidam Artemon dictus cognomento Περιφόρητος, quod in lectica circumferretur, utpote claudus. Dicitur autem fuisse ἄριστος μηχανητής. Hujus mentio fit a Plut. (Pericle 27.) ab Athen. (533.) nec non a Schol. Aristoph. ['A. 850. Herod. 4, 190. Strabo 3. p. 233. "Jacobs. Anth. 7, 391. ad Diod. S. 1, 496. Voss. Arist. 1, 48. Toup. Emendd. 2, 623. ad Herod. 625." Schæf. Mss. * "Ἀπεριφόρητος, J. Poll. 4, 146. sed lectio dub." Kall. Mss. * Περιφορητικὸς, Sext. Emp. 646. λόγος: Schneidero susp.]

AT VERO Περιφερὴς, (ab ea signif. τοῦ περιφέρομαι, qua ponitur pro Circumagor, In orbem agor,) Orbicularis, Rotundus. Herodian. 5, (3, 10.) Λίθος δέ τίς ἐστι μέγιστος, κάτωθεν περιφερής. Utitur et Aristot. de Mundo. Bud. e Xen. (K. 4, 1.) Πόδες περιφερεῖς, Rotundi. Ex Eod. (5, 30.) Τράχηλοι περιφερεῖς, Teretes, de canibus. At τὸ περιφερὲς substantive, Rotunditas, Ambitus rotundus. Sed περιφερὴς est etiam Versatilis, Rotatilis, ut reddit Bud. afferens e Luciano de Phœbade, (2, 676.) Οἱ ὀφθαλμοὶ περιφερεῖς. ["Eur. Hel. 437. Wakef. Ion. 756. Musgr. 744. Fac. ad Paus. 1, 223. Longus p. 5. Vill." Schæf. Mss. "Περιφερῆ ἕλκη, Phot. v. Ἐσχάρα." Schleusn. Mss. "Περιφερὴς φράσις, vide Εὔτροχος. Βάσις περιόδου περιφερὴς est Apta periodi clausula, quæ illam rotundam facit, ita ut vere sentias periodum finiri. Contrarium est τὸ ἀκόρυφον et * ἀκατάστροφον: vide Dionys. de Comp. VV. 22. p. 168. ubi etiam * ἀπερίγραφος et * ἀνέδραστος, h. e. Limitibus destituta et vaga periodus dicitur: Προοίμια στρογγύλα καὶ περιφερῆ ap. Dionys. Art. Rhet. 10, 13. videntur esse Proœmia lata, circumducta, mox ἀποτεταμένα. Quærentibus autem nobis, quodnam potissimum latitudinis genus intelligendum sit, lucem Quintil. afferet, cujus simillimus locus est 4, 1, 60.:—Nec argumentis autem, nec locis, nec narrationi similis esse in proœmio debet oratio, neque tamen deducta semper atque circumlata, sed sæpe simplici atque illaboratæ similis. Ad eum locum Gesnerus Deductam et Circumlatam explicat Periodicam, s. Per periodos decurrentem." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * Περιφερέες, s. * Περφερέες, dice-

bantur Juvenes Hyperboreorum, qui virgines *οὐλοφόρους* in Delum comitati sunt, Herod. 4, 33. Cf. Serv. ad Æn. 11, 858. Porph. de Abst., et nott. ad Hes. v. * *Πέρφερες· θεωροί.*] Hinc est COMP. *Περιφερόγραμμος*, Lineam unam habens circumcurrentem: unde *περιφερόγραμμον σχῆμα*, Circulus et sphæra: vide Bud. 420. ex Aristot. (de Cœlo 50, 4.) et Strab. [5. p. 322. Patricii Appendix ad Didymum Alex. de Mensuris ὃ. 14.] "*Ἀπεριφερὴς*, Minime orbiculatus, " Bud. E Theophr. (C. Pl. 6, 1, 6.) *Πολυγώνιον καὶ* " *ἀπεριφερῆ.*" *Περιφερῶς*, Rotunde, Rotunda forma s. Orbiculari, In orbem. *Περιφέρεια, ἡ*, Rotunditas, Rotunda forma. Vulgo Circumferentia. Redditur etiam Circumflexus, e Plin.; et Circumcurrens linea, e Fabio. Aristot. Eth. 1. *Καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον.* Idem de Mundo, *Κατὰ κύκλον περιφέρειαν*, In speciem circularis ambitus, In orbem. A Bud. *περιφέρεια* redditur etiam Ora. A quo affertur hoc nomen et pro Erroribus mentis, ex Eccles. sicut et de *περιφορὰ* dictum fuit. [Plut. 9, 554. Alex. 26. Herodian. 4, 8, 4. Schleusn. Lex. V. T. Male * *Περιφόρεια*, Aqu. Ps. 91, 4.]

Συμπεριφέρω, Una circumfero, circumrapio. In VV. LL. redditur etiam Circumago, et affertur ex Alex. Aphr. *Συμπεριφέρων αὐτὸν τῇδε κἀκεῖσε.* Et pass. *Συμπεριφέρομαι*, quod Bud. interpr. Una circumferor, circumrapior, subjungens e Luciano (1, 219.) *Οὐκοῦν ἤν τι τοιοῦτον εἴπῃ, ἐς τὸν ᾅδην ἐμπεσὼν, τροχῷ ἄθλιος προσδεθεὶς συμπεριφέρεται μετ' αὐτοῦ ἀεί.* Addit *συμπεριφέρομαι* poni pro Comitor, Coeo, Una huc illucque ventito: cujus signif. exemplum affert istud ex Athen. (548.) *Φιλικῶς* (*φυσικῶς* Schw.) *ἀλλήλοις συμπεριφερόμενοι*: cetera autem hujus loci verba vide ap. eum, Comm. 421. Sed quidam *συμπεριφερόμενοι* hic interpr. Pocula circumferentes et compotantes, sicut in isto Polybii loco, (5, 15, 2.) *Προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου, κἄπειτα γινομένης ἀκαιρίας καὶ πολυποσίας, ἀναγκασθέντες συμπεριφέρεσθαι, ταχέως ἐξεθεάτρισαν αὐτούς*, Una pocula circumferre atque compotare. Sed ego huic interpretationi minime assentior, non solum quod durum sit *συμπεριφέρομαι* activa signif., (ut durum esset *φέρομαι* pro *φέρω* significante Fero, Porto,) sed quod ipsi convivæ pocula circumferre non solerent, quin potius ea illis circumferrentur. Non aliud igitur esse puto *συμπεριφέρεσθαι* in hoc Polybii loco quam quod vulgo dicimus, Se laisser aller, et faire comme les autres. Quo pertinet et quod a Budæo additur, sc. *συμπεριφέρεσθαι* esse interdum Comiter alicui sese dare, et morigerum esse: e Diog. L. Socrate (34.) *Καλέσας ἐπὶ δεῖπνον πλουσίους, καὶ τῆς Ξανθίππης αἰδουμένης, ἔφη, Θάρρει· εἰ μὲν γὰρ εἶεν μέτριοι, συμπεριενεχθεῖεν ἄν· εἰ δὲ φαῦλοι, ἡμῖν αὐτῶν οὐδὲν μελήσει.* Ex Eod. subjungit et hoc exemplum, narrante Socratem solitum dicere, *Ὡς οἱ ἱππικοὶ τῶν θυμοειδῶν ἵππων κρατήσαντες, ῥᾳδίως τῶν ἄλλων περιγίνονται· οὕτω κἀγὼ Ξανθίππῃ χρώμενος, τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις συμπεριενεχθήσομαι*: Morigerabor, Facilem me præbebo assensorem, Non morosum me exhibebo. Ex eod. Diog. L. Zenone, *Γονεῖς τιμᾷν, ἀδελφοὺς, πατρίδα, συμπεριφέρεσθαι φίλοις.* Item ex 2 Macc. 9, (27.) ubi Antiochus Epiphanes filium sibi successorem designans, ad Judæos ita scribit, *Πέπεισμαι γὰρ αὐτὸν ἐπιεικῶς καὶ φιλανθρώπως παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαιρέσει, συμπεριενεχθήσεσθαι ὑμῖν*, Confido enim eum, institutæ a me æquitatis humanitatisque retinentem, comiter vobiscum et indulgenter acturum, voluntatibus vestris atque postulatis facilem se præbiturum atque assentientem. Vel, ut ab Interprete versum erat, Comem vobis futurum: pro quo verbo Communem mendose legi cœptum est. Annotatur porro in VV. LL. *συμπεριφέρεσθαι* signif. hanc accepisse ab illa circumpotatione convivali et invitatione mutua, in qua non ad sitim, sed ad nutum alterius circumferri oportebat, qui facilitatis vitæ comitatisque nomen affectaret *καὶ εὐτραπελίας.* Verum ita pro confesso sumeretur illud significatum, quod verbo *συμπεριφέρεσθαι* tribuitur ap. Polyb., sed non recte, meo quidem judicio, ut antea docui. Quamobrem potius

A crediderim verbum *συμπεριφέρεσθαι*, esse illud nostrum, Se laisser aller; quod dicere solemus de eo, qui ad rem aliquam faciendam sinit se abduci precibus aut etiam solo exemplo alicujus. Sumtam vero esse metaph. ab iis, qui cum sint una cum aliis qui circumaguntur, eidem, ut ita dicam, motui se permittunt, atque adeo permittere coguntur. Affertur autem *συμπεριφέρεσθαι* ex Epicteto et pro *συναναστρέφεσθαι*, Una versari. [Cum dat. pers., Sequor, Comitor, Adhæreo alicui, Polyb. 2, 17, 12. Vivo cum aliquo, 4, 35, 7. cum dat. rei, Mente et intelligentia assequi aliquid, capere, intelligere, perspectum habere, tenere, 3, 10, 2. 3, 34, 3. 9, 15, 7. 14. 10, 21, 9. "Themist. Or. 31. p. 353." Boiss. Mss. "Heyn. Hom. 4, 697. ad Diod. S. 1, 233. 2, 220. 236. Ptolem. Heph. 329. Gal." Schæf. Mss. "Diog. L. 103. 431." Wakef. Mss. Athen. 142. Schleusn. Lex. V. T.] *Συμπεριφορὰ, ἡ*, quod in VV. LL. exp. Portatio quæ fit circumferendo, Circumpotatio, e Cic., ut sit *ἡ ἐν κύκλῳ φορὰ τοῦ κύλικος καὶ πόσις.*

B Sed Bud., harum signiff. mentionem nullam faciens, exp. *συμπεριφορὰ*, Comitatus et frequens huc illucque affectatio, affertque e Polyb. (5, 26, 15.) *Ὁ δὲ Ἀπελλῆς ἐπὶ μὲν τὰς συνουσίας καὶ τοιαῦτα τῶν τιμῶν παρελαμβάνετο, τῶν δὲ διαβουλίων καὶ τῆς μεθ' ἡμέραν συμπεριφορᾶς οὐ μετεῖχε.* In VV. LL. ex eod. Polyb. affertur *συμπεριφορὰ* pro Deportatione atque exilio, *Κατὰ τὴν αὐτοῦ συμπεριφοράν.* Sed merito fortasse suspecta hæc interpr. fuerit. ["De Congressu venereo, Diod. S. 139. 147. Sic *ἀρρενικαὶ συμπεριφοραὶ*, Ecl. 1, l. 32. Cf. Wess. 139., ubi et plures h. v. notiones profert et illustrat, cum primis illam, qua Congressum familiarem in conviviis signif. Vide Eund. ad p. 650." Muuth. Spec. Def. Lexx. 548. Civilitas, Comitas, Casaub. ad Suet. Aug. 45. Ernesti Bibl. Theol. 4, 437. "Thom. M. 314. ad Charit. 412. ad Diod. S. 1, 233. 247. 2, 601. 608. 615. Heyn. Hom. 6, 412. ad Phalar. 215. Plut. Mor. 1, 555. vertitur Obsequium: Compotatio, 48. 489. 498. 509." Schæf. Mss. "Clem. Alex. 169."

C Wakef. Mss. * *Συμπεριφόρος*, unde] *Εὐσυμπερίφορος*, Qui comiter alicui se dat, et morigerus est, facilem assensorem se præbet, Qui ea vitæ facilitate et comitate præditus est, ut paratus sit ad facienda eadem quæ et alii. Diog. L. Zenone (13.) *Ἦν δὲ, φασὶν, εὐσυμπερίφορος· ὡς πολλάκις Ἀντίγονον τὸν βασιλέα ἐπικωμάσαι αὐτῷ, καὶ Ἀριστοκλέα τὸν κιθαρῳδὸν σὺν αὐτῷ ἐλθεῖν ἐπὶ κῶμον.* [* *Συμπεριφορέω*, unde * *Συμπεριφορητὸς*, Apollon. Lex. v. *Συμφερτὴ*, exp. *ἀπὸ τῆς συμπεριφορᾶς καὶ* * *ὁμοψυχίας.*]

Προφέρω, Profero, In medium affero, Exhibeo, Propono. Il. P. 121. *Σπεύσομεν, αἴκε νέκυν περὶ Ἀχιλλῆϊ προφέρωμεν Γυμνὸν κ. τ. λ.* Scio tamen ibi reddi Feramus in vulg. interpretatione ad verbum: in ea autem, quæ antea prodiit paulo liberior, verti Referamus: quæ interprr. nullo modo placere mihi possunt. In Epigr. *Εἰκόνιον γὰρ ἀδελφὸς ἔχων προενήνοχεν αὐτοῦ*, Protulit imaguncula, et judicibus spectandam proposuit. Apud Thuc. autem 6, (69.) p. 220. meæ Ed. *Σφάγια προὔφερον* Schol. exp. *ἔμπροσθεν*

D *τῆς στρατιᾶς ἐσφάζοντο*: ita enim leg. est, non *στρατηγίας.* Dicitur etiam *εἰς φῶς προφέρω*, In lucem profero: et *εἰς φανερὸν προφέρω*, quod affertur ex Epigr., In apertum profero. Greg. Naz. *Εἰς φῶς προενέγκωμεν, ὥσπερ τινὰ τόκον.* Alicubi *προφέρω*, Profero, Promo, Depromo: *Ὥσπερ ἐκ ταμιείου προφέρειν*, Isocr. (ad Demon. 5.) Interdum autem *προφέρω* reddi potest Profero, Allego, Cito, i. e. *παρέχομαι*: ut nimirum litigantes *προφέρουσι τὰ δικαιώματα*, vel eorum patroni. Xen. (Œc. 14, 6.) *Ἐγὼ οὖν καὶ τούτων τῶν νόμων, ἔφη, προφέρων ἔνια, καὶ ἄλλα τῶν βασιλικῶν νόμων προφερόμενος, πειρῶμαι δικαίους ἀπεργάζεσθαι.* Sic e Cic., si tamen ejus sunt Rhetoricωn libri, Proferre legem affert Bud. item Proferre testes, et legatos: item Proferre instrumentum, e Pand. ‖ Objicio, Crimini objicio, Exprobro. Il. Γ. (64.) *Μή μοι δωρ' ἐρατὰ πρόφερε χρυσῆς Ἀφροδίτης.* Æschin. (63.) *Τὴν ξενίαν προφέρειν*, cum dat. personæ. Et, *Τὰ τοιαῦτα προφέρεις*, Lucian. Apud Hom. legitur etiam *ὀνείδεα*

προφέρειν, Il. B. (251.) Probra objicere. Nisi quis malit cum hoc accus. aliisque hujusmodi verbum hoc secus interpretari. Ceterum προφέρω reddi et in illis ll. poterit Latino illo Profero; existimatur enim et ipsum sumi pro Objicio. Bud. tamen exempla passivi Objici pro Proferri, affert e Cic. non item activi Proferre pro Objicere, ut videbis p. 414. Idem προφέρειν docet esse etiam Objicere argumentando, h. e. ὑποφέρειν, Greg. Naz. de Homine, Τοῦτο γὰρ προσφόρως ἀποκρινούμεθα τῷ προφέροντι πῶς ἂν ἦν δίχα τοῦ γάμου ὁ ἄνθρωπος. Accipitur denique προφέρω et pro Enuntio: in qua etiam signif. interpretari possumus verbo illo Profero. Bud. vertit et Loquor ap. Greg.

Προφέρω, neutraliter, Præsto, Anteeo, Antecello. Herod. (6, 127.) Προφέρων πλούτῳ Ἀθηναίων: (5, 28.) Προέφερε εὐδαιμονίῃ τῶν νήσων. Thuc. Προφέρω ἀδενὸς ἡμῶν ῥώμῃ. Epigr. σωφροσύνῃ προφέρων. Interdum autem cum præp. ἐς, ex Eur. Med. (1092.) προφέρω σου ἐς εὐτυχίαν. Hinc προφερέστερος et προφερέστατος, Præstantior et Præstantissimus. Sed a Bud. προφέρω exp. etiam Proficio, Incrementum facio, in isto Hesiodi loco, Ἔργ. (2, 197.) Ἠώς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου, ubi προφέρει redditur etiam Accessionem facit et progressum. [" Eust. exp. προάγει, προκόπτειν ποιεῖ, προκινεῖ, προβιβάζει: quo significatur Promoveri opus, iter, si quis ab ipsius auroræ ortu iucipiat." Brunck. Mss.] Apud Thuc. certe μέγα προφέρειν videtur esse Magnum adjumentum habere, Magno adjumento esse, 1, (93.) Μέγα προφέρειν ἐς τὸ κτήσασθαι δύναμιν.

Προφέρομαι, activa signif., Profero: ea præsertim signif. qua ponitur pro Allego. Exemplum habes in loco Xen. quem attuli in Προφέρω: alia autem ap. Bud. 414. || Προφέρομαι, Profero, Objicio, ut προφέρεσθαι ἀσέβειαν, e Polyb. (5, 11, 2.) et Ὅσα ἄξια κακίζεσθαί ἐστι, ex Arriano Idem affert: pag. quæ illam proxime sequitur. || Προφέρομαι, Profero, i. e. Enuntio: ibid. ex Hermog. et Themistio. || Sed his addo προφέρομαι pro Infero, ex Il. Γ. (7.) Ἠέριαι δ' ἄρα ταίγε κακὴν ἔριδα προφέρονται. [Od. Θ. 210.]

Προφέρομαι, pass. signif. Proferor; et quidem ea potissimum signif., qua dicitur pro Enuntior: Herodian. 7, (8, 4.) Οὐ μόνον τὰ διὰ φωνῆς καὶ γλώττης προφερόμενα, pro quibus omnibus Polit. dixit tantum Verba. Sed perperam in vulg. Edd. προσφερόμενα ibi legitur pro προφερόμενα.

" Προενεγκὼν, Qui protulit: a th. προενέγκω s. " προφέρω: unde et Προενήνοχε, Protulit, Epigr." [Thuc. 5, 17. Diod. S. 13. p. 376., 15. p. 461. Schol. in Aristoph. Λ. 619. * Προενεγκτέον, in N. 1162. * Προενεκτέον, Schol. Eur. Med. 521. Schol. Æsch. Eum. 144. Sext. Emp. 263. Apollon. Vill. 790. Eust. Il. E. p. 421, 21. ad Greg. Cor. 162. " Brunck. Aristoph. 3, 22. Heyn. Hom. 5, 459." Schæf. Mss.]

[" Προφέρω, Phryn. Ecl. 89. ad Charit. 444= 287. Markl. Suppl. 600. Wakef. S. Cr. 4, 33. 54. Jacobs. Anth. 6, 317. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 187. Diod. S. 1, 608. T. H. ad Plutum p. 314. Heyn. Hom. 5, 263. 595. 6, 95. Wolf. ad Hesiod. 123. ad Herod. 3. 511. Græv. Lectt. Hes. 606. Casaub. Athen. 1, 49. Musgr. Med. 284. Objicio, Exprobro, ad Phalar. 311. Lucian. 1, 188. 3, 471. Boiss. Philostr. 428. Demosth. 1486. Theogn. 158. Bentl. Opusc. 38. Coray in Thuc. par Levesque 1, 359. Toup. Opusc. 1, 385. Plut. Mor. 1, 38. 489. ad Herod. 20. 258. 646. 678. Enuntio, ad Mœr. 56. Præsto, Simmias 2. Jacobs. Anth. 9, 100. 12, 70. Porson. Hec. p. 19. Ed. 2. ad Charit. 205. Theocr. 12. 5. (22, 183.) Eur. Med. 1091. Simonid. 80.: cum accus., Toup. Opusc. 1, 296. cf. Herod. 250. Proficio, Jacobs. Anth. 10, 227. Incuso, Bentl. Opusc. 28. 38. Conf. c. προσφέρω, Wyttenb. Select. 425. ad Plut. 1, 436. Πρ. ἔριδα, Heyn. Hom. 6, 211. Προφέρομαι, ad Diod. S. 1, 431. 640. 646. 2, 8. 365. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 400. Heyn. Hom. 4, 138. 5, 196. Dionys. H. 2. 814. 3. 1400. Valck. Adoniaz. p. 361. Ammon. 117. 137. Sic scr. in not. ad Thom. M. 132. Wyttenb. ad Plut. 1, 258." Schæf. Mss. " Exprobro, Appian. 1, 432." Wakef. Mss. Il. I. 324. Ὡς δ' ὄρνις ἁπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι Μάστακ', pro προσφ.: K. 479. πρόφερε κρατερὸν μένος: Od. Z. 92. ἔριδα προφέρουσαι. Herod. 5, 63. Προφέρειν σφι τὰς Ἀθήνας ἐλευθεροῦν. Προφέρειν, προφέρεσθαι, ad Greg. Cor. 160. 578. 882. Quo compendio scribatur, 578. 838. Conf. c. ἐκφέρειν, 218. 340.: cum προσφ., 135. 160.]

Προφερὴς, Præstans: ab ea signif. verbi προφέρω, qua dictum est poni pro Præstare, Anteire, Antecellere. Sed exempla hujus positivi non afferuntur: at grad. COMPAR. Προφερέστερος, pro Præstantior, itidemque SUPERL. Προφερέστατος pro Præstantissimus, ap. Poëtas rara non sunt. Sed ap. Hom. προφερέστερος exp. etiam νικητὴς, Victor. Quod autem dicit Arat. (240.) ἀλλ' αἰεὶ ἕτερος προφερέστερος ἄλλου, Cic. vertit, quorum alter paulo prælabitur ante. Quod vero quidam Gramm. annotant προφερέστερος dici quasi πρὸ τῶν ἄλλων φερόμενος, non video quomodo locum habere possit, cum extet προφέρειν illam, quam modo dixi, signif. habens. || Qui est provecta ætate, Bud. ex Æschine p. 12(=7.) Ἔνιοι μὲν γὰρ νέοι ὄντες, προφερεῖς καὶ πρεσβύτεροι φαίνονται· ἔνιοι δὲ πολὺν ἀριθμὸν χρόνου γεγονότες, παντάπασι νέοι δοκοῦσιν εἶναι. Affert vero et e Plat. Euthyd. (1.) Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, σκληρός· ὁ δὲ προφερὴς, καὶ καλὸς, καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν. Exp. alioqui προφερὴς, Cujus facies annos multos præ se fert, cum sit junior: ex J. Poll. Προφερὴς, ὁ τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει δοκῶν πρεσβύτερος: et ei contrarium esse σκληρόν. Affertur alioqui προφερὴς ex Hesiodo pro Major natu, (Α. 260.) Τῶν γε μὲν ἀλλάων προφερής τ' ἦν πρεσβυτάτη τε. Ubi est etiam animadvertendum, huic προφερὴς subjungi πρεσβυτάτη τε, sicut in illo Æschinis loco post προφερεῖς habemus καὶ πρεσβύτεροι, ubi certe non video quomodo signif. illa, quam dat J. Poll. huic nomini, habere locum possit; alioqui enim illud προφερεῖς per se i. valeret q. illa omnia verba, νέοι ὄντες, πρεσβύτεροι φαίνονται: ideoque non temere ab illa Bud. interpr. discedendum censeo. [Jambl. V. P. 422. " Routh. ad Platon. 304. 560. ad Timæi Lex. 233. Græv. Lectt. Hes. 606. Wolf. ad Hesiod. 73. 100. ad Herod. 433. Προφερέστατος, Jacobs. Anth. 9, 100." Schæf. Mss. Προφερὴς, Præcox, Aristoxenus Stobæi Serm. 243. Jambl. V. P. §. 209. φυτά. Προφερεστέρη, Quint. Sm. 2, 421. Spitzner. de Versu Gr. Her. 160. Προφερεστάτη, Hesiod. Θ. 79. 361. * " Πολυπροφερέστατος, Tzetz. Ch. 7. tit. 155. *Προφέρτερος, Soph. Niobe in Buttm. Schol. Od. Θ. 186. p. 284., ubi Editor reponendum censet προφερέστερος." Elberling. Mss. Sed metrum reponendum vetat: vide Brunck. Lex. Soph. v. Ἡ. * Προφέρτατος, Maximus natu, Soph. Œd. C. 1531. * Προφέριστος, Carm. Sib. 3. p. 224.]

Προφορὰ, ἡ, (ab illa verbi προφέρω signif. qua ponitur pro Proferre, Enuntiare,) Prolatio, Pronuntiatio. Herodian. 1, (8, 12.) Ἐν ᾧ περὶ τὴν τῶν ῥημάτων προφορὰν ἠσχολεῖτο, Dum in verbis illis proferendis occupatus erat. Ad verbum, Dum occupatus erat in verborum prolatione, si hoc verbali ab illa Proferendi signif. uti possumus. Polit. vertit, Interim dum loquitur. Apud Philosophos ὁ ἐν προφορᾷ λόγος, qui et προφορικὸς λόγος, ut mox docebo. [Exprobratio, Polyb. 9, 33, 13. cf. 5, 11, 2. " ad Charit. 287." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 144. 173." Wakef. Mss. " Pronuntiatio, eadem quæ ὑπόκρισις, sed ad solam elocutionem pertinens: vide Dionys. de Vi Dem. 22. p. 1023. et Hermog. περὶ Ἰδ. 1. p. 66." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * Εὐπρόφορος, Gl. Promtus, Dionys. H. 2. p. 19, 14.]

Προφορικὸς, ut προφορικὸς λόγος, Qui in enuntiatione s. pronuntiatione consistit, Qui profertur. Huic autem opp. ὁ ἐνδιάθετος. Philo, Ἐν ἀνθρώπῳ δ' ὁ μὲν ἐστιν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ προφορικός. Plut. (9, 109.) Καὶ τοῦ ἐνδιαθέτου λόγου καὶ τοῦ προφορικοῦ. Idem, Ὅτι καὶ προφορικοῦ λόγου καὶ φωνῆς ἐνάρθρου μέτεστιν αὐτοῖς. Eidem alicubi est ὁ ἐν προφορᾷ λόγος. [" Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 197. Boiss. Philostr. 321. 457. Bibl. Crit. 2, 2. p. 107. ad Charit. 223.

ad Diod. S. 1, 391." Schæf. Mss. "Clem. Alex. 646." Wakef. Mss. * "Προφορικῶς, Cyrill. Hier. 96." Kall. Mss.]

AT VERO Πρόφορος, in VV. LL. ex Aristot. H. A. 7, 7. Humor cruentus et aquosus intra membranas, quibus fœtus continetur: Μεταξὺ δὲ ὑγρότης ὑδατώδης καὶ ἰχωρώδης, ἢ αἱματώδης, ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν γυναικῶν πρόφορος.

Προφορέομαι, Tramam filumque duco atque reduco, unde pro Ultro citroque cursito ponitur: ut in VV. LL. annotatur e Schol. Aristoph. (Ὄρν. 4.) Ἀπολούμεθ' ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορουμένω. [Xen. K. 6, 15. cf. J. Poll. 7, 32. "Kuster. Aristoph. 189. Brunck. 2, 136." Schæf. Mss. Callias Suidæ v. Ἀράχνης. * "Προφορητικὸς λόγος, Cyrill. Hier. 26." Kall. Mss.]

[* Ἀποπροφέρω, Meleager 10, 2. * Ἐκπροφέρω, Schol. Aristoph. Θ. 1222. * Ἐπιπροφέρω, Apoll. Rh. 4, 1518. * "Συμπροφέρω, Schol. Pind. Ὀ. 3, 81." Boiss. Mss.]

Προσφέρω. Offero: ut προσφέρειν δῶρα, Matth. 2, (11.) Offerre dona. Et προσφέρειν δῶρα καὶ θυσίας, ad Hebr. (5, 1. 8, 3.) et προσφέρειν λατρείαν, Jo. 16, (2.) In eadem illa Ep. (9, 7.) dicitur pontifex προσφέρειν αἷμα ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. Abraham dicitur προσενηνοχέναι Isaacum. Sed et de ipso Christo dicitur προσφέρειν ἑαυτόν. De quo etiam dicitur a Paulo, Παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίας τῷ Θεῷ. || Offero, ut dicimur offerre aliquid edendum. Est προσφέρω, inquit Bud., Cibum offero edendum, Porrigo poculum, et medicamentum, ut medicus ægroto, quod ap. Gal. sæpe legitur. Plut. Καὶ τὸ φάρμακον τοῦτο χρῆναι τοῦ πραοτάτου τῶν ἰατρῶν ἀνασχέσθαι προσφέροντος. Idem alibi προσφέρειν exp. etiam Admovere, Adhibere medicamenta, addens Gal. identidem sic uti, ad Gl. 2. In VV. LL. ex Alex. Aphr. Προσφέρων τῇ σωτηρίᾳ φάρμακα, pro Medicamenta ad salutem adhibens. Peculiariter vero, Admoveo ori vel naribus; cujus tamen signif. in pass. voce, non activa, exemplum affert. At προσφέρω τὰς χεῖρας, Affero manus, e Cic. reddit: et προσφέρω ἐμαυτῷ τὰς χεῖρας, Manus mihi affero. Polyb. (4, 81, 8.) Ἀποσφαλέντες δὲ καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς προσήνεγκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας εὐψύχως πάνυ καὶ Λακωνικῶς. Eod. l. de Molone, Προσήνεγκε τὰς χεῖρας ἑαυτῷ: [cf. 4, 71, 12.] Qua autem forma dicitur προσφέρειν χεῖρας, eadem βίαν προσφέρειν, ut et βίαν προσφέρειν πατρίδι, ap. Plat. Sic ἀνάγκην προσφέρειν, Eur. (Hipp. 282.) E quo (Med. 78.) adjungitur etiam προσφέρειν κακῷ κακόν: sed προσφέρειν hic alium usum habet, q. d. Ad unum malum alterum præterea afferre, et unum alteri apponere. Cum illo autem βίαν προσφέρειν aliquid affinitatis habere videri potest μηχανήματα προσφέρειν, quod ex Aristoph. affertur. || Frequens est autem ap. vett. Scriptt. προσφέρω cum accus. λόγον, cum quo redditur Infero; nam Lat. Infero sermonem dicunt. Pro quo, ni fallor, dicitur ab illis et Injicio sermonem. Herod. 3, (134.) Προσέφερε Δαρείῳ λόγον τοιόνδε. Herod. ap. Plut. Aristide (16.) Παυσανίαν Ἀριστείδῃ προσφέρειν λόγον. Exp. autem Bud. προσφέρειν λόγον etiam Verba facere, Appellare aliquem, i. e. Solicitare, Alloqui. Thuc. 3, (109.) Προσφέρει λόγον περὶ σπονδῶν καὶ ἀναχωρήσεως: ubi videtur commode reddi posse simpliciter Infert sermonem. Et cum plur. λόγους, vel præfixo articulo. Plato Phædro, Πρὸς οὓς τοὺς λόγους προσοίσει, ubi animadverte etiam aliam constr. Προσφέρω τάλαντα in VV. LL. Pendo talenta, i. e. Solvo; sed absque exemplo.

Προσφέρομαι, passiva signif. Offeror, ut δῶρον dicitur προσφέρεσθαι, item θυσία, in illa Ep. ad Hebr. (9, 9.) sicut θυσίαν προσφέρειν ex eadem habuisti. Thuc. 2, (97.) Καὶ δῶρα οὐκ ἐλάσσω τούτων χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου προσεφέρετο. Item προσφέρεσθαι, Offerri edendum: unde τὸ προσφερόμενον, s. τὰ προσφερόμενα, Cibus s. Cibi, item Pabulum. In VV. LL. τὰ προσφερόμενα, Cibus oblatus, Esculenta: item Pabula. Et προσφερόμενος e Gaza, Pastu exhibitus. A Bud. τὸ προσφερόμενον exp. Cibus et poculum: subjungente tamen locum Aristot., in quo τῶν προσφερομένων vertit simpliciter Eorum quæ esitantur. Hinc autem est Προσφέρομαι signif. Cibum sumo, Esito, Assumo, Celso. Theophr. Πολὺ προσενεγκαμένων. Tale est ἰχθύας προσφέρεσθαι pro Vesci piscibus, Plut. Alex. Idem (8, 657.) Οὐχ ὑπέμειναν τὰ κρέα χωρὶς ἁλῶν προσφέρεσθαι. Gal. dicit itidem προσαράμενος τροφήν, pro προσενεγκάμενος. Interdum Προσφέρεσθαι dicitur φάρμακον, Offerri medicamentum, s. potius Adhiberi, Exhiberi, Admoveri. Secus autem ap. Lucian. (2, 660.) Προσφέρεται σκοπέλῳ redditur, Scopulo admovetur. Apud Xen. autem, Πρὸς τὴν γῆν προσενεχθέντες, quidam interpr. Admoti terræ, alii, Delati, alii, Appulsi. Sciendum est autem et de nave ipsa dici a Thuc., ubi Schol. exp. προσελαύνειν. At in VV. LL. προσφερομένη ναῦς e Plut. Rom. Navis adventans. Et προσφερόμενος πόλεμος, Bellum impendens, ingruens, e Plut. Per. Ex Eod. in Themist. de persona dictum, Προσφερομένοις ὀξέως, Celeriter ingruentibus. Ex Ejusd. Popl. Προσφέρεται δρόμῳ, Citato cursu fertur, Accurrit. E Solone, Προσφέρονται κραυγῇ καὶ ἀλαλαγμῷ, Clamore bellico se inferunt, nisi potius dicendum, Cum clamore. Denique e Galba, Προσφερόμενος γυμνῷ τῷ ξίφει, Districto ense irruens. Exp. præterea ibid. Congredior prælio, et simpliciter Congredior, Manus consero: Προσφέρομαι πρὸς πεφραγμένους, ex Herod. (5, 34.) Aggredior munitos. Et e Plut. (Anton. 40.) Μαλακώτερον τοῖς Ῥωμαίοις προσεφέροντο περὶ τὰς σιτολογίας. E Libanio autem in Demosth. Προσφέρομαι πολέμῳ. Quin etiam προσφερόμενος πόλεμος in Iisd. pro Ingruens, Impendens, ut modo dixi. Nec tamen videtur posse neutrum esse hoc προσφερόμενος eo modo, quo est in ceteris exemplis quæ huic subjunxi. || Est certe neutrum, i. e. neutralem signif. habet, et in isto Herod. loco, Αἵρεσιν ὑμῖν δίδομεν ἡμεῖς ὁποτέρους βούλεσθε προσφέρεσθαι, ἢ Πέρσῃσιν, ἢ Φοίνιξι, ubi redditur Accedere, Adhærere, Adjungere vos. || Habet hanc neutralem signif. προσφέρομαι, et cum jungitur adverbio οὕτως, aliamve hujusmodi constr. habet. In quibus certe ll. obtinet quendam usum verbi Gallici Porter, veluti cum dicimus, Se porter bien en quelque affaire, vel, Se porter mal. Item, Se porter bien envers quelqu'un, aut Se porter mal. Quin etiam sonat alicubi quod dicimus Se comporter. A Bud. προσφέρομαί σοι redditur Exhibeo me tibi, Ago tecum aut bene aut secus. Et οὕτω προσφέρομαί σοι, vel τοῦτον τὸν τρόπον προσφέρομαί σοι, Sic ago tecum; neque enim προσφέρομαί σοι sine adjectione admittit illam particulam Sic in interpretatione. Et hæc Dem. Τοῖς μὲν ὑπὲρ ὑμῶν λέγουσι δικαίως ὅσ' ἂν φρονῶσι, τοῦτον τὸν τρόπον προσφέρεται, vertit, Sic Philippus cum bonis viris agit. Hæc autem Ejusd. Ἐγὼ μὲν οὕτως ὑμῖν προσενήνεγμαι, reddit, Talem me vobis exhibui et præstiti. Hæc ille. Possumus autem οὕτω προσφέρομαί σοι reddere etiam, eod. alioqui sensu, Ita me tecum gero. Sic in proxime præcedente loco Demosthenis, Οὕτως ὑμῖν προσενήνεγμαι, Ita me erga vos gessi. Itidemque in priore illo, Τοῦτον τὸν τρόπον προσφέρεται, Ita se gerit. Nec non ap. Eund. (117.) Μετρίως προσφέρεσθαι, Modeste se gerere, ad Hebr. 12, (7.) Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός, Deus se gerit erga vos ut erga filios. Eod. alioqui sensu ille, Si disciplinam sustinetis, sic Deus vobiscum ut cum filiis agit. H. e. Patrem vobis sese præstat. Sed παιδείαν maluissem Castigationem interpretari. Possumus certe et ita exponere paulo liberius, Eum vobis affectum exhibet, qui filiis exhiberi solet. Gallice, Il vous montre une affection paternelle. Aut etiam ad verbum, Il se porte envers vous comme envers ses enfans. Vetus tamen Interpres, eumque secuti alii, dum non satis attente locum expenderunt, interpretati sunt, Offert se vobis, perinde sc. ac si προσφέρεται ὑμῖν i. sonaret q. προσφέρει ἑαυτὸν ὑμῖν: multo etiam minus (ut hoc concederetur) commodo sensu. In VV. LL. e Plut. Theseo (16.) Προσφέρεται τοῖς παισὶν ὑπερηφάνως. Apud Synes. autem legimus, Αν καί τις ὡς ἰδιώτῃ προσφέρηται, Etiamsi aliquis se

gerat ut erga privatum. Dicitur porro non solum A
προσφέρομαί σοι, sed etiam προσφέρομαι πρός σε. Plato
Epist. Ἵνα πρὸς τοὺς ἄλλους βέλτιον προσφέρῃ. Isocr.
ad Nic. Πρός τε γὰρ τοὺς πολίτας μετὰ τοσαύτης πραότητος προσηνέχθην, ὥστε κ. τ. λ. Verum sunt et aliæ
constrr. hujus verbi, aut hunc aut certe huic affinem
usum habentis, quas Bud. prætermisit. Dicitur enim
προσφέρομαί σοι τοῦτο, vel τούτῳ: at cum dat. rei
solo, non raro. Plut. Fabio (24.) Τά τ' ἄλλα τῷ
Φαβίῳ προσεφέροντο λαμπρῶς, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Φάβιον ἀνέδειξαν ὕπατον, ubi τὰ ἄλλα existimari potest
dictum κατὰ τὰ ἄλλα. Exemplum autem illius constr.,
in qua ponitur dat. rei sicut et dat. personæ, extat
ap. Herodian. 4, (7, 6.) Ἔχαιρον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ Ῥωμαίων στρατιῶται, μάλιστα μὲν διὰ τὰς χρημάτων ἐπιδόσεις, αἷς ἀφειδῶς προσεφέρετο αὐτοῖς, Largitionibus
amplissimis prosequebatur, Polit. Sed locum fortasse habere hic possit et verbum Utor, ita interpretando, Largitionibus utebatur erga eos. Non incommode certe, meo quidem judicio, et in illo Plut.
loco προσφέρεσθαι vertemus Prosequi. At vero cum B
rei dat. solo, frequenter, uti dixi, ut, Οὕτω προσφέρομαι τῷ πολέμῳ, vel τοῖς πολεμικοῖς: sic Προσφέρομαι τῇ
τειχομαχίᾳ: quæ ap. Herodian. leguntur. Possumus
autem, Οὕτω προσφέρομαι τῷ πολέμῳ vel τοῖς πολεμικοῖς, reddere, Ita me gero in bello, Ita gero s. administro bellum, Ita res bellicas tracto. Et, Οὕτω
προσφέρομαι τούτῳ τῷ ἔργῳ, Ita me gero in hoc negotio. Sed, Προσηνέχθη τοῖς ὑπολοίποις πράγμασι, ex
Aristide affertur pro Reliquas res est aggressa. At
προσφέρομαι συμφοραῖς, quidam interpr. Fero calamitates: quæ interpr. mihi non placet. Sciendum
est porro, sicut pro dativo personæ utuntur aliquando
præpositione πρὸς habente suum accus., ita etiam
uti nonnunquam hac præp. cum accus. rei, loco dativi. Legitur enim ap. Xen. K. Π. 4, (5, 15.) p. 65.
meæ Ed. Ὁ δ' οὖν Κυρος πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ὧδε προσηνέχθη. Verum hic aliud potius interpretationis
genus quærendum esse fateor, quam per verba illa.
Interpres sane vim hujus vocis non expressit, cum
reddidit, Hæc eorum verba ita excepit. At in Gallico sermone possit et hic verbum illud Porter locum
habere, præsertim si cum aliquo qualitatis adverbio
jungamus, veluti ita loquendo, Il se porta sagement
en cette réponse, vel en la réponse qu'il leur fit.
Hoc tamen est discriminis, quod ille dicit πρὸς τοῦτον τὸν λόγον, non suum λόγον, quo illis respondebat, sed ipsorum. ‖ Προσφέρομαι Bud. vult aliquando reddi verbo Utor, ut ap. Xen. Ἱππ. (Proœm.)
Βουλόμεθα καὶ τοῖς νεωτέροις δηλῶσαι ᾗ ἂν νομίζωμεν αὐτοὺς ὀρθότατα ἵπποις προσφέρεσθαι.

Προσφέρομαι active positum et certis quibusdam
accusativis junctum antea habuisti, in Προσφέρω:
sciendum est autem et aliis nonnullis jungi, aliud
significationis genus, ut ita dicam, habentibus: et
quidem pro Admoveo, Adhibeo, ut exp. Bud. e
Plat. de Rep. 8. Κἂν ὁτιοῦν δουλείας τις προσφέρηται, ἀγανακτεῖν καὶ μὴ ἀνέχεσθαι. E Diosc. autem affertur etiam, Προσφέρεται τοσαύτην ἰσχὺν τὸ βοήθημα,
pro Tantam vim adhibet id remedium. Sed fortasse reddi etiam potest Affert. Et e Phalar. Προσφέρομαί σοι χάριν, pro Exhibeo tibi beneficium. Sed
dicitur potius Confero beneficium. Rursum pro
Adhibeo, ex Eccles. prologo, Προσενέγκασθαί τινα σπουδὴν, pro Adhibere quandam diligentiam. [" Reperitur etiam verbum Προσφέρομαι in forma passiva,
et quidem in præt. perf., activa notione Conferendi,
eo sensu quo dicitur Hoc multum confert ad illud.
Sic quidem ap. Athen. 660. coquus quidam inducitur dicens, Ἡ μαγειρικὴ τέχνη πρὸς εὐσέβειαν πλεῖστα προσενήνεκται, Ad pietatem plurimum contulit."
Schw. Mss.]

" Προσενεγκεῖν, Afferre. Unde voce med. Προσε-
" νεγκάμενος εἰς φῶς, Qui in lucem attulit, Plut. Lyc.
" At προσενεγκάμενος τροφὴν, Qui cibum ingessit,
" Qui cibum sumsit, ap. Alex. Aphr. Probl. 1. Sic
" προσενεγκάμενος κώνειον, ap. Diosc. 6, 1. 31. Ibid.
" c. 32. pass. voce et signif. φρύνος προσενεχθεὶς,
" Sumtus s. Assumtus. Signif. etiam Offerre: unde
" προσενήνοχε, Obtulit, ad Hebr. 11, (17.) Quomodo
" et προσενεχθὲν ἐρώτημα potes exponere non solum
" Allatum, sed etiam Oblatum. INDE ET Προσενε-
" τέον, Afferendum, Offerendum." [" Clem. Alex.
150. 184. Schol. Eur. Phœn. 1538. * Προένεγμα,
Oblatio, Munus, Andr. Cr. 174." Kall. Mss.
* " Προσένεγξις, Thom. M. 752." Schæf. Mss.]

[" Προσφέρω, Ind. Xen. Mem. Abresch. Lectt.
Aristæn. 236. ad Herod. 511. 715. 740. Casaub.
Athen. 1, 49. Valck. Hipp. p. 176. ad Xen. Eph.
241. Bernard. Rel. 108. 111. ad Charit. 287. 295.
324. (651.) Markl. Iph. p. 133. Appono, comparandi causa, Heind. ad Plat. Theæt. 323. De cibo,
ad Xen. Mem. 3, 11, 13. ad Diod. S. 1, 52. Soph.
Phil. 1108. Kuster. Aristoph. 120. Πρ. λόγους, ad
Charit. 304. (459. 639.) ad Herod. 740. Markl.
Suppl. 600. Villois. ad Long. 211. Bast Lettre
153.: δεήσεις, Villois. ad Long. 142: θεραπείαν,
240. Προσφέρων, Similis, ad Lucian. 2, 304. De fut.,
Valck. Hipp. p. 230. De act. et med., Kuster. V.
M. Præf. v. ix. 21. ad Lucian. 1, 299. Med., ad
B Diod. S. 1, 431. 2, 88. Jacobs. Anth. 7, 24. Dionys.
H. 1, 50. Heind. ad Plat. Lys. 52. De constr., Hutchinson. ad Xen. Ages. 66. ad Diod. S. 2, 187. ad
Lucian. 2, 197. Tracto aliquem, Diod. S. 1, 296. 2,
337. Lennep. ad Phal. 91. Plut. Mor. 1, 925. Zeun.
Ind. ad Xen. K. Π.: an sic et activum? Wakef.
Phil. 1108. Lobeck. Aj. p. 235. Utor, Phalar. p. 16.
Xen. Eph. p. 52, 7. Προσφέρεσθαι πρός τινα, Plato
Charm. 88. Τὰ προσφερόμενα, Kuster. V. M. 23.
Diog. L. 113. Lips. (male vertitur.) Προσενηνεγμένος,
Kuster. V. M. 56." Schæf. Mss. " Med., Diod. S.
2, 332. Plut. 8, 904." Wakef. Mss. " Cum accus.,
Utor aliqua re, Joseph. A. J. 8, 13, 8. Οὔτε λουτρὸν
προσηνέγκατο οὔτε τροφὴν, Ab omni lotione et nutrimento abstinuit." Schleusner. Mss. Προφέρειν et
προσφέρειν conf., ad Greg. Cor. 135. 160. " Ὑμῖν
προσφέρεται ὁ Θεὸς, Ep. ad Hebr. 12, 7. Græci verbi
usus prorsus non patitur, ut cum plerisque reddamus, Deus vobis se offert ut filiis: quod recte animadvertit in opere paucissimis lecto, App. ad Thes.
C H. Steph. p. 199. Phrasis accurate Græca vertenda: Deus erga vos se gerit ut filios; vel, Vobiscum
agit ut pater cum filiis. Προσφέρεσθαί τινι eo usu,
quo hic semel occurrit in N. T., ap. Gr. Scriptt. significat, Hoc illove modo se gerere erga aliquem.
Unus nobis hic satis erit locus eximius M. Antonini,
5, 31. Πῶς προσενήνεξαι μεχρὶ νῦν Θεοῖς, γονεῦσιν, ἀδελφοῖς, γυναικὶ, τέκνοις, διδασκάλοις." Valck. Schol.
in N. T. 2, 589. " Gal. de Aff. Dign. Cur. 6. Τοῖς ὑγιεινοτάτοις τε ἅμα καὶ προσθεῖναι ῥᾷστοις ἡδέως προσφέρεσθαι." Gataker. Mss.]

Προσφορὰ, ἡ, Oblatio: qua in signif. habetur aliquoties in N. T. nec non ap. LXX. Interprr., sicut
προσφέρω pro Offero, et quidem copulatum cum
θυσία aliquot locis. Sed intelligimus id quod offertur, potius quam ipsam Offerendi actionem. Vide
tertium abhinc tmematium. Alioqui προσφορὰ est
etiam Admotio, Adhibitio: ut προσφέρω, Admoveo,
Adhibeo. ‖ Προσφορὰ, Cibi assumtio, et Cibus.
Bud. e Theophr. H. Pl. 4, (8, 11.) Ἑψόμενον δὲ γί-
D νεσθαι λεκιθῶδες, ἡδὺ δὲ ἐν τῇ προσφορᾷ. Ex Eod.
affertur, (C. Pl. 4, 9, 6.) Κουφοτέραν ποιοῦσι καὶ τὴν προσφορὰν, pro eo quod dicit Celsus, Leviorem
cibum præstant. Ex Eod. ὀρνίθων προσφορὰ, de
Avium pastu. Sed et de odore, ex Eod., ubi loquitur de œnothera planta, quæ vini odorem refert, (H.
Pl. 9, 19, 1.) Οἷον γὰρ προσφορά τις γίνεται δύναμιν ἔχοντος οἰνώδη. Ubi Gaza, tanquam diversam in aliqua hujus loci parte sequens lect., ita vertit, Fit
enim quasi recreatio quædam e viribus quas radix
ista vinaceas possidet. At quidam interpr. Quoniam fit expiratio quædam, cujus vis et odor vinosus existit. Vel, Evaporatio quædam. Quæ sane
interpr. dura et insolens non immerito cuipiam videatur. ‖ Προσφορὰ a Suida exp. πρόσοδος, ex Antiphonte. In qua exp. πρόσοδος ab eo putatur accipi
pro Reditu. Exp. item προσθήκη, et πρόσδοσις: ideoque redditur etiam Accessio, in VV. LL. Subjungit
porro Suid. his expositionibus versum istum, Ποίῳ γὰρ ἡ σὴ προσφορὰ δηλώσεται; Eundem vero Cam. e

[Soph.] Œd. C. (581.) affert, postquam dixit *προσφορὰ* significare Reditum et Donum: reddens alioqui hoc modo illum versum, Quonam quod offers innotescet tempore? Ita enim scripsisse eum existimo, pro interpretatione nominis *προσφορὰ*, non autem Affers. ‖ *Προσφορὰ*, Probrum et vituperatio, VV. LL. quod vitia, ut ibid. subjungitur, velut offerantur, ponanturque ob oculos auctoris et audientium. Additurque *τῷ προσφέρειν* vitium notari, ut verbo Offerre ap. Latinos, cum dicunt Stuprum offerre, et Vitium offerre virgini. Sed verbi *προσφέρειν* usum istum habentis exemplum desidero. At pro confirmatione illius signif. nominis *προσφορὰ*, (redditur autem præterea Reprehensio, Insectatio,) affertur e Polyb. *Ἄξιόν γε τὸ γεγονὸς ὀνείδους καὶ προσφορᾶς.* Exp. enim, Dignum probro et vituperatione. [Exprobratio, Soph. Œd. C. 1270. et Brunck.: "ad Charit. 287. Coray Theophr. 340. Brunck. Soph. 3, 388. Athen. 1, 54." Schæf. Mss. Plut. 6, 492. *Πόσεις καὶ προσφοραί.* * "*Προσφορικὸς*, Prolatus, Theoph. ad Autol. 2, 31." Schleusn. Mss.]

Πρόσφορος, ὁ, ἡ, Commodus, Aptus, Congruus, Conveniens, Utilis. Aristoph. Σφ. (805.) *Σοφόν γε τοντὶ καὶ γεροντι πρόσφορον Ἐξεῦρες ἀτεχνῶς φάρμακον στραγγουρίας.* Thuc. 2, (46.) *Εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ κατὰ τὸν νόμον ὅσα εἶχον πρόσφορα.* E Plat. Epist. *Πάντα τὰ πρόσφορα ἐπιτηδεύειν τῷ πράγματι*, Omnia quæ ad rem faciant: de LL., *Τὸ πρόσφορον ἔχειν*, Commode tractari. Et *τὰ πρόσφορα τῇ στρατιᾷ*, sine nomine Auctoris. E Plut. Pericle (1.) *Ὀφθαλμῷ χρόα πρόσφορος*, pro Color oculo congruens. Item e Greg. Naz. *Μετὰ τῶν προσφόρων τῇ θεωρίᾳ μαρτυρίων.* A Bud. affertur etiam *πρόσφορος δικαστὴς* e Pand. dictum de Eo qui jurisdictionem habet. [Soph. El. 229." Thom. M. 360. Musgr. Heracl. 481. Barnes. Hel. 836. Jacobs. Anim. 160. Act. Traj. 1, 247. Eur. Hec. 1232. Hipp. 112. Valck. p. 311. Phœn. p. 44. ubi i. q. Similis. Cum gen., Eur. Hel. 516. Æsopus Fab. 7. Schn. Cum dat., Eur. Hel. 436." Schæf. Mss.: Suppl. 350. *τοῖς ἐμοῖσιν οὐχὶ πρόσφορον τρόποις.* "*Οἱ καιροὶ τῶν προσφόρων*, f. l. *προσφορῶν*, Gal. de Opt. Sect. 10." Gataker. Mss. *Πρόσφορος σωφροσύνῃ*, Conducibilis ad castitatem, Joseph. Hypomn. 167." Schleusner. Mss. *Πρόσφορα*, Adv., Apte, Eur. Hipp. 1361.] *Προσφόρως*, Commode, Convenienter, Utiliter. Theophr. C. Pl. 4, 8. *Πρ. ἔχειν τῇ ὥρᾳ.* ["Jacobs. Anth. Proleg. 53." Schæf. Mss. "*Προσφόρως ἑρμηνεύειν*, ap. Demetr. de Eloc. §. 120. h. e. Apte et accommodate rebus orationem conformare. Ante dixerat idem *τὸ πρέπον φυλάσσειν.*" Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.] CONTR. *Ἀπρόσφορος*, Minime commodus, Incommodus, Non conveniens. VV. LL. ex Eur. (Iph. A. 287.) *ἀπροσφόρους νήσους ναυβάταις*, pro Insulis quæ periculosæ sunt nautis appellentibus. Ibid. *ἀπρόσφορος δικαστὴς*, Incommodus. Vide *πρόσφορος δικαστής.* [Gl. Incongruus. * "*Ἀπροσφόρως*, Cotel. ad PP. Apost. 1, 321. Martyr. S. Clem. §. 20. Tzetz. Exeg. in Il. p. 67, 11." Kall. Mss.] "*Εὐπρόσφορος ἐν λόγοις*, "Facundus, Disertus. Herodian. 8, (3, 7.) de Cri-"spino, viro consulari in Aquileiensium rep. *Φύσει* "*μὲν καὶ ἄλλως αἰδέσιμος ὤν, ἔν τε τῇ Ῥωμαίων φωνῇ* "*εὐπρόσφορος ἐν λόγοις*, Romana facundia pollens, "Polit." [Xenocr. c. 7. §. 9. de piscibus: *Εὔχυλον καὶ εὐπρόσφορον ἢ ἐκεῖ δίαιτα διδωσι.*]

[* *Προσφορέω*, Aggero, Herod. 1, 82. * *Προσφόρημα*, Longus 3, 12. Eur. El. 423. *πολλά τοι γυνὴ Χρῄζουσ' ἂν εὕροι δαιτὶ προσφορήματα.* * "*Ἐκπροσφορέω*, Lapis in Syria repertus a Burckhardto (Travels in Syria and the Holy Land p. 75.) p. 59." Schleusner. Mss.]

AT VERO *Προσφερὴς*, sicut *ἐμφερὴς*, Similis: ut Gallice Ceci rapporte à cela, pro Est semblable. Non solum autem dicitur *ἐμφερὴς* pro hoc *προσφερὴς*, sed ETIAM *Προσεμφερὴς*: quo utitur inter alios Aristot. Sed ex Herod. affertur *Προσφερὴς* et pro *πρόσφορος*, i. e. Utilis: ["sc. 5, 111. ubi est comparativus, *Ἔμοιγε δοκέει εἶναι τοῖσι σοῖσι πρήγμασι προσφερέστερον*: 2, 105. *Αἰγυπτίοισι προσφερέες εἰσὶ οἱ Κόλχοι*: 4, 33." Schw. Mss. "Eur. Herc. F. 129. (Cycl. 435.) Jacobs. Anth. 12, 103. Boeckh. in Min. 112. Act. Traj. 1, 246. Valck. Diatr. 6. ad Eur. Or. 408." Schæf. Mss.]

[* *Ἀντιπροσφέρω*, Vicissim admoveo, Xen. Σ. 5, 9. *Τὸν λύχνον ἀντιπροσενεγκεῖν τῷ Κριτυβούλῳ.*]

"*Ποτιφέρω*, Dorice pro *προσφέρω*, Affero," ["Jacobs. Anth. 10, 27." Schæf. Mss. "Admoveo, Mich. Apost. Prov. 17, 90. *Ταν χεῖρα ποτιφέροντα.*" Schleusn. Mss. * *Ποτίφορος*, Dorice pro *πρόσφορος*, Pind. N. 3, 54. 7, 93. * *Ποτιφόριμος*, Esu commodus, Epicharmus Athenæi p. 121.]

Συμφέρω, Simul fero, porto, Adjuvo in ferendo s. portando. Xen. K. Π. 4, (3, 3.) p. 60. meæ Ed., *Ὅ, τι ἂν δέῃ ὅπλον φέρειν, τὸν ἵππον τοῦτο συμφέρειν.* At in VV. LL., Simul fero, i. e. tolero, ex Eur. Quibus subjungitur, accipi pro *συμπονῶ* a Soph. Interdum *συμφέρω* Comporto, Conveho, Cogo in locum quempiam, Congrego. Synes. de Insomn. *Ἀλλὰ μὴ παρ' ἑαυτῷ συνενηνοχέναι της τέχνης πάμπολλα θεωρήματα.* Affertur et e Thuc. *συμφέρειν χρήματα* pro Cumulare pecuniam. Hanc autem signif. sequitur *συμφερτός.* Dicitur alioqui frequentius *συμφορῶ* quam *συμφέρω*, in ea signif.: sicut sc. *συμφορητὸς* pro *συμφερτός.*

Συμφέρειν, Conferre, i. e. Utilem esse, vel Utile. Thuc. 3, (71.) *Περί τε τῶν πεπραγμένων διδάξοντας ὡς ξυνέφερε.* Idem [Dem. 294.] *Καὶ ὅτῳ ξυνενηνόχασι οἱ αὐτοὶ καιροὶ καὶ τοῖς τῆς πόλεως ἐχθροῖς.* Interdum autem *συμφέρει* tanquam impersonaliter ponitur. "*Συμφέρει*, Confert, Expedit, Utile est: cum infin., "ut *Συμφέρει αὐτῷ πλεῖν*, Plato de Rep. 1. Dicitur "etiam *τοῦτο συμφέρει μοι*, vel, *τοῦτο συμφέρει πρὸς* "*ταῦτα.* Verum tunc non ponitur itidem impersonaliter; sed reducitur ad *Συμφέρω.*" Hinc est PARTIC. *Συμφέρον*, quod sæpe nominis usum habet. Non enim dicitur duntaxat, *τὸ τῷ ἰατρῷ ξυμφέρον σκόπει*, ut a Plat. de Rep. 1. et *τὸ τῇ πόλει συμφέρον*, ut a Dem., sed etiam *τὸ τοῦ ἰατροῦ συμφέρον* et *τὸ τῆς πόλεως*, ut ab Eod. in Or. ad Phil. Epist. *Καὶ τὰ συμφέροντα τῆς πατρίδος.* Et in Or. pro Cor. *Τὸ τῶν ἐχθρῶν συμφέρον ζητοῦντα.* Plato de Rep. 1. *Τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον.* Sic *τὸ ἡμέτερον συμφέρον*, Xen. (K. Π. 3, 2, 14.) Et *τὸ ἴδιον συμφέρον*, Aristot. His autem aliisque hujusmodi in Il. *τὸ συμφέρον* apte reddetur Commodum, Utilitas, et *τὰ συμφέροντα*, itidem Commoda, Utilitates. Hinc ADV. *Συμφερόντως*, Commode, Utiliter. Et *συμφερόντως ἔχων νόμος*, Dem. c. Mid., pro *συμφέρων.* [Xen. *Ἀπ.* 1, 2, 50. 2, 6, 26. Plut. 6, 421. "Thom. M. 820." Schæf. Mss.]

Συμφέρειν affertur et pro *συμφωνεῖν*, e Schol. Aristoph. expositione. Et pro Quadrare, Competere, e Soph. Item pro *πείθεσθαι*, Obsequi, Parere, ex eod. Soph. El. (1465.) *τῷ γὰρ χρόνῳ Νοῦν ἔσχον, ὥστε συμφέρειν τοῖς κρείττοσι.* Similem certe passivi *συμφέρεσθαι* signif. habebis infra.

Συμφέρομαι, Simul feror, i. e. moveor, e Plut. Solone, *Συμφέρεται τῷ ἡλίῳ*, Una cum sole fertur s. movetur, Sequitur motum solis. Et metaph. *συμφέρομαί σοι*, Sequor te, i. e. tuam sententiam, Tibi assentior, Tecum sentio: oppositum *τῷ διαφέρομαι*, ap. Aristot. de Mundo. Plato de LL. 6. *Περὶ δὲ τειχῶν, ὦ Μέγιλλε, ἔγωγ' ἂν τῇ Σπάρτῃ ξυμφερόιμην.* Alia autem exempla habet Bud. Affertur ex eod. Plat. *συμφερόμεθα*, pro Inter nos convenit. Et ex Herod. (1, 196.) *Εἰ δὲ μὴ συμφεροίατο*, Si inter eos non conveniebat. Item (4, 154.) *Συμφέρονται τὰ ἐπίλοιπα Θηραῖοι Κυρηναίοισι*: pro Convenio te, et Congredior tecum, non solum ab Herod., sed et a Plat. usurpari testatur Bud., sed exempla non addens. Quandam autem Assentiendi signif. habet *συμφέρομαι* et cum dicitur *συμφέρομαι τοῖς παροῦσι* pro Sorti meæ acquiesco, Præsenti rerum statui acquiesco, Præsentem fortunam amplector. Plut. *Δυνάμενον συμφέρεσθαι τοῖς παροῦσι, καὶ μὴ δεόμενον τῶν περιττῶν*, Sorti suæ acquiescentem, et modicis contentum, Qui nihil præcipuum sibi postulat, Bud. qui etiam subjungit ex Eod. in Timoleonte (15.) de Dionysio Corinthi vitam agente, *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λόγοι τινὲς αὐτοῦ μνημονεύονται, δι' ὧν ἐδόκει συμφέρεσθαι τοῖς παροῦσιν οὐκ ἀγεννῶς*, Non degeneri animo accommodare præsenti fortunæ patientiam.

Συμφέρομαι habet et aliam Congrediendi signif.: eam sc. qua pro Confligere ponitur. Plut. Solone, Πεζῇ συμφέρεσθαι τοῖς Μεγαρεῦσι. Synes. Ἐλάττοσι τῶν πολεμίων μετὰ τοῦ θαρρεῖν συνηνέχθησαν. Ex Hesiodo (Ἀ. 358.) affertur etiam συνοιστόμεθα πολεμίζειν: nisi potius scr. sit πτολεμίζειν, ut stet versus, ubi redditur Congrediemur ad prælandum. Virg. autem dicit Congressi in prælia. Sed hoc melius respondet τῷ Συμφέρεσθαι πόλεμόνδε, quod ap. Hom. legitur, dicentem alioqui et συμφέρεσθαι μάχῃ.

Συμφέρομαι τοῖς πολλοῖς, Unus sum e multis, Non sum eximius, Bud. 419. e Plut.

Συμφέρομαι, Evenio, Contingo, Bud. ibid. ex Herod., Luciano, Plut. Potes autem illis exemplis addere hoc e Thuc. 1. Καὶ ὕστερον τοῖς ἐκγόνοις ἔτι μείζω συνενεχθῆναι. Nec non istud, in quo observa verbum hoc cum γενέσθαι, sicut ap. Herod. 1, (23.) Παθήματά τε συνηνέχθη γενέσθαι.

"Συνενείκω, i. q. συμφέρω: nam ἐνείκω poëtice "usurpatur pro φέρω. Apud Hesiod. (Ἀ. 440.) B "πάγος δέ οἱ ἀντεβόλησεν Ὕψηλος, τῷ δὴ συνενείκεται, "Collis ei occurrit, in quem defertur."

"Συνήνεικε, Profuit, ut συνήνεικε ποιησάσῃ, Ei "profuit fecisse. Apud Herod. non raro et pro "Evenit, Contigit, cum infin. Τάδε οἱ συνήνεικε γενέ-"σθαι:" [2, 111. 7, 152. "ad p. 574. Wessel. Diss. 122." Schæf. Mss. Συνενέγκω, Eur. Herc. F. 488.]

